



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Horologium Spirituale Scholasticorum Societatis Jesu

Dirckinck, Johann

[Osnabrugi, 1696

Horologium Sanctorum.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55025)

pat. *Alapam accipit* ; pete ut ignoscat tibi, quod tot ei alapas peccatis tuis inflixeris. *Silet* ; pete silentium, & sic de reliquis. Ut hac ratione paulatim totus tibi figatur in corde , qui pro te totus suffixus est in cruce.

PRAXIS IV.

Fabricandi Horologium Sanctorum.

I. **H**Orologium Sanctorum Patronorum, in eadem figura quadratâ, de qua ante dictum, sed una linea intersectâ, describes. Ita ut singulis horis unus Patronus respondeat. v.g. Horæ 4^{ta} B. V. 5^{ta} S. Angelus C. 6. S. Joannes Baptista. 7. S. Josephus, &c. Ejusmodi Horologium sibi fabricaverat R. P. Mauritius de Büren, sed horam duodecimam, tanquam cor diei, Jesu, cui omnia debentur, consecrabat.

II. Usus hujus Horologii in eo situs est, ut omni hora, v. g. ad ejus sonû, designato sancto te commendes, gratiam petas horam istam sanctè pro æternitate secura impendendi, vel gratiam vitia & peccata extirpandi, vel magnos in virtute progressus faciendi, & perfectionem adipiscendi. Aut quid simile.